



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Vigilia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

nedici, velum professionis suscipere, & solemniter & expressè vovere castitatem, sed non consecrari ut virgo, Nav. *confi. fin. de reg. vide superius, in ver. moniales, §. 20.* licet remissivè, tamen adde Abb: *in cap. tua, num: 3, de consecr. Eccl. vel. Alt.* ita etiam potest intelligi de qualibet muliere corrupta, & non virgine, tamen sub nomine virginitatis potest uti nomine castitatis, vide Sylv. *in ver. consecratio.*

VIGILIA.

Primò, Vigilia Pentecostes est jejunanda, & ita se habet generalis Ecclesie consuetudo, ita tenet Nav. *confi. 1, de obser. jejun. sed gl. in ca. scire, §. necessario, 76, dist. dicit, non necesse, sed de facto jejunamus, tene certum: secundò, quando incipit currere, & obligare, vide in ver. dies: tertio, quare fuerunt inventæ, & an debeant hodie observari de nocte, sicut in primitiva Ecclesia, vide notaciones ad Martyrologium Romanum Illustrissimi Cæsaris Cardinalis Baronii, in Vigilia Epiphaniae, & Concilium Provinciale Beneventanum celebratum sub Illustrissimo Jacobo Cardinali Sabello, *tir. de jejun. c. 3.* & ibi assignatur ratio cur cessaverunt.*

Secundò, quæritur an Prælati possint indicere, seu injungere, seu præcipere subditis jejunia, & alia opera penitentialium? Respondetur, quòd sic, pro aliqua causa legitima, ita Gem: *in ca. ubi periculum, §. fin. nota. 3, per illum tex. de elect. lib: 6.*

VIRGINITAS.

Primò, virginitas probatur per obstetrices, licet pars adversa conetur probare contrarium, Caputaqu. *dec. 212 par. 2.*

Secundò, stuprum interpellantibus, vel pueris pœnas, vide Paul. IV. *Bul: qua incipit, Ex ordine.*

Tertio, Virgo monialis, quæ non est, non potest benedici, seu consecrari, si est publicum, sed si occultè, potest uti verbo castitatis loco virginitatis, & ad evitandum scandalum, etiam verbo virginitatis potest uti publicè, licet mente castitatem, non virginitatem percipiat Episcopus consecrator, Navari: *confi: 2, de stat. monacho. vide superius in ver. consecratio, & in ver. moniales. Card: in Clem. attendentes, §. statuimus, quest: 10, de stat. mon. Calder: confi: 3, de offi. Vic: in fine, Selua 4, p. qu: 70 num: 7, Gom: de brev: n: 52.*

VISITATIO.

Primò, pœna opposita visitatoribus accipientibus aliquid ultra procuracionem à visitatis per Sac. Conc. Trid: *sess: 24, capit. 3, §. quid si quisquam, an habeat locum, ita ad amuffim, ut teneatur quis ad duplum?*

Respondetur, quòd sufficit restituere simplum, etiam postquam incurrit, ita Nav. *confi. 2, de cens. imò, si distulerit, ante mensem non incurrit.*

Secundò, quando appellatur à decretis visitationis, non debet admitti appel-